

1117.

19<sup>1</sup>

Recusé d. 4. mai 1826.

Seuxiret.  
I. Sem. 1826.

2

Nonnulla mihi, ut intelligatur,  
cur (de re, quam mihi scribendam  
sumsi, minus absolute disputave-  
rim), praemonenda esse videntur.  
Ante feriarum initium (de hac  
re omnino non cogitarem), existi-  
mans, fore, ut feriis ipsis optime  
scribere <sup>possem</sup> ~~quidem~~ et commodissime.  
Quare ne <sup>argumentum</sup> ~~thema~~ quidem elegeram,  
nedum ut libros, ad scribendum  
necessarios, mihi comparassem.  
Feriis praesentibus modo hoc,  
modo illud elegi, ac rursus sprevi,  
donec (de virginibus vestalibus  
aliquid conscribere) statui. Paucos  
igitur tantummodo, cum illo tem-  
pore literarum universitatis bi-  
bli-

bibliotheca clausa esset, habens libros,  
qui de hac re agerent, sane nihil  
perfecti exhibere potui. Attamen  
Adami antiquitates Romanae,  
quas potissimum usurpavi, maxime  
me me adiuverunt, non tam ipsa  
re narrata, quam per multis scripto-  
rum antiquorum locis, qui ibi cita-  
tis inveniuntur, quorumque ope ea  
fontibus ipsis haurire potui. Liber-  
tissime quidem, quae Spanhemius,  
Lipsius alique de eodem argumen-  
to disseruerunt, conuoluerunt:  
nec tamen, metuens, ne postea  
rebus intercedentibus iterum im-  
pediret, quominus opusculum meum  
ad finem perducerem, in aliud tem-  
pus rem mibi differendam consui.

De virginibus vestalibus.

3  
Virgines vestales sacerdotes erant  
Vestae, maximae Saturni et Rheae  
natae filiae,<sup>a</sup> quae Graecis symbolum  
erat ignis,<sup>b</sup> qui in foco in honorem  
dei tutelaris alebatur. Unde focus,  
qui eiusdem nominis est, atque illa  
— nam Graece tam focus, quam  
Vestae dicitur εστία —, sacer habet-  
batur. Inuento igne, primum homi-  
nes in erudiendis moribus profecerunt,  
familiae societatesque civiles oriebantur.  
Quocirca non mirandum est,  
ignem focusque, in quo ignis aleba-  
tur, sacros esse habitos. Vestae igitur

(dit  
<sup>a</sup> Apollod. I, 1. Sed Ovid. Fast. II, 286. tertiam  
eam esse dicit filiam; id quod inde fit, quod Vestae  
tertia a Saturno est evomita. — <sup>b</sup> Ovid. ibid. 291.  
Hed

signa erat, quae non solum singularum  
familiarum (deae tutelaris haberetur,  
sed etiam cunctarum civitatum; ei  
enim omnis generis humani cultu-  
ra debebatur. Sed ea antiqua fabula  
Neptunus et Apollo amorem eius pe-  
tebant, quae illa, per Iovis caput iu-  
rans, se virginem semper mansuram  
esse, recusavit. Quam ob rem Jupiter  
ei (potis loco honorem) tribuit, sedem  
in media domo habendi, et omnium  
primitias accipiendi. Quapropter et-  
iam focus, ei dedicatus, in media domo  
positus erat. In Vestae igitur honorem  
etiam festum, quod Vestalia appella-  
batur, quinto Idus Iunias quotannis  
Romae celebrabatur. Matronae Ro-  
manae nudis pedibus ad deae huius  
tem-  
pli aliam Vestam, quam vivam intellige flammam.

4  
templum proficiscebantur, tempora  
illa, quibus sicis pedibus illuc perve-  
niri non potuit, in memoriam re-  
vocatae. Quod ut iam fieri posset,  
cultus, id est, Vestae, effecerat. Praeter-  
ea ei dona offerebant, ut de bene-  
ficio panis, quae ignis ope coquere  
vidicerant, gratiam ei persolverent.  
Vestae licet in cuncta Graecia colere-  
tur, tamen nusquam tanta eius  
erat veneratio, quanta Romae, ubi  
omnis reipublicae deae tutelaris ha-  
bebatur. Cultus eius primum ab  
Aenea Italiae illatus esse dicitur,  
quae Numa Pompilius Romae  
instituit, idemque templum, in  
quo palladium, a quo omnis regni  
salus pendebat, servabatur, deae castru-  
xit. Tbi statua quidem Vestae, aut  
imago

imago non reperiebatur, sed unicum  
eius symbolum adspectabile, ut iam  
dicimus, ignis erat sacer, qui perpe-  
tuis in ara eius ardebat, atque a ve-  
stibus, quae, ut ipsa, castae virgi-  
nes esse debebant, alebatur.

Erant igitur virgines vestales cultui  
Vestae consecratae, quas primum Nu-  
ma Pompilius legit quatuor, quibus  
que postea a Tarquinio Prisco, vel a  
Servio Tullio (quae additae sunt, qui  
numerus semper est retentus. Sed  
iam antea hoc sacerdotium locum  
habuerat Albae, cum Rheia et Sylvia,  
Rommuli et Herii mater, virgo vel  
e, Ovid. Fast. 296. Natamque de flamma corpora  
nulla vides.

e, Ovid. ibid. 289. Quae mimum, virgo si virgine lacta  
ministra

Admittit castas in sua sacra manus?

e, Liv. I, 20. f, Dionys. Hal. III, 67. g, Plut. Numa.

5  
stalis esset.

Legabantur virgines vestales initio  
a regibus ipsiis; quibus expulsis, a ponti-  
fice maximo, qui, si qua loco vacuo erat  
praeficienda, secundum legem Papiam  
viginti puellas, omni corporis lae ca-  
rentes — id quod etiam in reliquis sa-  
cerdotibus requirebatur; sic, nescio, quo  
loco, Seneca dicit: sacerdos integer sit,  
quarum parentes honesto genere, nec  
cum mortui essent, quaeque nec ma-  
iores, quam decem annos essent natae,  
nec minores, quam sex, e populo  
eligebat. — Sed cuius soror ad id sa-  
cerdotium lecta erat, ea excusari po-  
terat. Nec minus cuius pater flamen,  
aut augur, aut qui quindecimvirum  
sacris faciundis, aut septemvirum  
epul-

epulorum, aut saluus erat. Sponsae quoque pontificis et sacrorum tibicinis filiae vacatio sacerdotii huius tribui solebat. Neque eius legebatur filia, qui domicilium in Italia non habuit, excusandaque eius, cui tres erant liberi. Electis igitur viginti puellis, una earum in concione populi sorte creabatur. Quo facto, pontifex maximus, cuius virginis soror ducta erat, eam manu prehensam a parente abducebat, his utens verbis: Te, Amata, capio. Amata inter capiendum virginem a pontifice maximo appellatam esse, narrat Gellius, propterea, quod, quae prima captasit, hoc fuerit nomine. Capi autem virgo dicta esse videtur, quoniam, ut iam Cicero, pontificis maximi manu

6  
manu prehensa a parente, veluti bello capta, abducebatur. Teruntamen etiam flamines diales, pontificesque et augures capi dicebantur. Sed temporibus posterioribus sortitio illa non necessaria videbatur. Nam pontifex maximus, consentientibus parentibus, quam vellet, capere poterat, et cuius ratio haberi posset.<sup>h</sup>

Cum captae erant virgines, per triginta annos ad Deae ministerium obligabantur, ut decern annos sacra discerent, decern ea excernerent, decern alias iuniores virgines vestales docerent.<sup>i</sup> Omnes dicebantur sa-

<sup>h</sup>, De toto hoc loco cf. Gell. I, 12.

<sup>i</sup>, Sen. de vit. beatorum Dionys. Halic. II, 67.

eris praesidere; <sup>rc</sup> et Livius eas artistites  
templi vocat. <sup>l</sup> Cuius virginis aetas omni-  
um maxime erat provecta, ea dice-  
batur maxima, <sup>m</sup> vel vetustissima, <sup>n</sup>  
reliquisque summa cum dignita-  
te praerant. <sup>o</sup> Peractis his in <sup>dea</sup>  
ministerio triginta annis, templum  
eis relinquere et nubere licebat;  
quod tamen raro tantum factum  
est, ac semper mali ominis habe-  
batur. Sed si qua virgo vestalis per  
hos triginta annos incesto se pollui  
passa esset, pontificum iudicio <sup>dea</sup>  
mnata, loco quodam, qui inde cam-  
pus scleratus dicebatur, ad portam

Coli

<sup>x</sup>, Tac. Ann. II, 36. <sup>m</sup>, Plin. Ep. II, 11.

<sup>l</sup>, Liv. I, 20.

Suet. Jul. 33.

id. Domit. 8.

<sup>n</sup>, Tac. XI, 32.

<sup>o</sup>, Tac. ibidem.

4  
Collinam viva defodiebatur. <sup>1</sup> Pompei  
funebri, comitantibus amicis, prorsus  
obrupta ad locum sepulcri effereba-  
tur. Hic ei in sacello, in quo lectus  
erat, lucerna, panis, aqua, lac et ole-  
um, peracta a pontifice maximo  
supinis manibus precatione, per  
scalam in foveam profundam  
erat descendendum. Quo facto, scala  
extrahebatur, sacellumque et fovea  
terra obruebatur. Qui vero stuprum  
fecerat cum virgine vestali, is in  
comitio eo usque virgis caedebatur,  
donec exspiraret. <sup>2</sup> Tota Roma tali  
die lugebat, ac tam peccatum, quam  
supplicium mala putabat, quae  
toti reipublicae accidissent. Quare  
<sup>3</sup> Liv. VIII, 15. XXII, 57. Suet. Domit. 8. Tac. IV, 10.  
Plin. Ep. II, 11. — <sup>4</sup> Liv. XXII, 57.

Dea irata sacrificiis extraordinariis  
et precibus erat placanda. <sup>17</sup> Sus-  
specta nonnullarum vestalium  
castitas mira quadam modo pur-  
gata esse traditur. Sic inter alios  
Valerius Maximus <sup>18</sup> exemplum  
exhibet. Haec sunt ipsius verba:  
„Arrepto cribro, Vesta, inquit virgo,  
si sacris tuis castas semper adma-  
vi manus, effice, ut hoc hauriam  
e Tiberi aquam, et in aedem tuam  
perferam. Audaciter et temere ial-  
tis votis sacerdotis, verum ipsa na-  
tura cessit.“

Manus haurum virginum erat  
custodire ignem perpetuum; <sup>19</sup> quoniam  
si qua exstingui passa esset, aut  
ab

<sup>17</sup> Liv. XXX, 57. s. VIII, 1, 5.

<sup>18</sup> Flor. I, 2. Cic. de Legg. II, 3. Virgines vesta-  
les in urbe custodiunt ignem foci publici  
sempiternum.

8  
ab ipso pontifice maximo, aut eius  
iussu, nuda quidem, sed obscuro loco,  
et velo medio interposito, flagris  
caedebatur. <sup>20</sup> Quae res, cum reipubli-  
cae salus in huius ignis perpetuitate  
posita esse existimaretur, semper  
mali omnino habebatur, atque ha-  
stus procurabatur maioribus. <sup>21</sup> Ignis  
autem exstinctus non alio igne accen-  
debatur, sed solis radiis, quibus etiam quot-  
annis Calendis Martiis, quibus olim an-  
nus incipiebat, ignis ille renovabatur.  
Praeterea iis conditum in penetrabili  
templi pignus imperii Romani,  
quod non nisi vestalibus virginibus,  
vel potius vestali maxime videre  
licebat, quodque alii palladium fuisse <sup>pu-</sup>

<sup>20</sup> Val. Max. I, 1, 6. Liv. XXVIII, 11.

<sup>21</sup> Liv. ibidem.

putant, alii penates, asservandum erat.<sup>25</sup>  
Denique sacra (deae) assidue facere (debe-  
bant, velut aqua, e fonte, Musis conse-  
crato, hausta, terris pluviam quotidie con-  
spargere, salern et far ad sacrificia  
comparare, etc.

Jura, honores et privilegia vestalium  
eximia erant; neque earum ulla in  
in publicum prodibat, nisi lictore  
praecunte, qui populum submove-  
ret. Et consules ac praetores, in via iis  
obviam facti, fasces demittebant, sed-  
ebantque, locum illis relinquentes, ut  
observantiam suam in illas demon-  
strarent. Neum, qui ipis forte obvius  
erat, virgines vestales supplicio liberare  
po-

a, Liv. V, 52, XXVI, 27. y, Sen. (de Prov.

9  
poterant; atque, curri pro aliquo (depre-  
cabantur, semper id maxime) respicie-  
batur.<sup>26</sup> Praeterea ius iis tributum erat  
triarii liberorum, et testamenti con-  
dendi, licet aetate minores essent; nec  
enim patris aut tutoris potestate sub-  
iectae erant.<sup>27</sup> Neque invitae ad iuran-  
dum cogi poterant; quod etiamsi face-  
rent, non nisi per Testam fiebat.  
Currum carpento quoque vehebantur,<sup>28</sup> pro-  
prium habebant in spectaculis locum,<sup>29</sup>  
ac stipendia splendida (de publico ac-  
cipiebant.<sup>30</sup> Auctoritas, qua gaudebant,  
tamta erat, ut apud eas testamenta  
et aliae literae, fidem rei gravioris  
testantes, deponerentur.<sup>31</sup>

Vir-  
2, Tac. Ann. XI, 32. Suet. Jul. 1. Tib. 2. Tac. Hist. III, 81.  
a, Gell. I, 12. b, Tac. Ann. XII, 49. c, Tac. Ann. IV, 16.  
Suet. Aug. 44. d, Liv. I, 20. e, Suet. Aug. 101.  
Jul. 83. Tac. Ann. I, 8.

Virgines vestales longa et candida veste, quae purpura praetexta erat, utebantur. Caput earum infulis<sup>f</sup> et vittis<sup>g</sup> ornatum erat. Unde vestalis maxima vittata sacerdos,<sup>h</sup> vel simpliciter vittata<sup>i</sup> dicitur. Simulatque captae erant, coma earum resecta sub loto vetusta in urbe humabatur; quam torrens postea promittere iis licebat.

Domicilium earum erat atrium Vestae. Quo cum vi morbi cogebantur excedere, matronarum curae custodiaeque mandabantur.<sup>ks</sup>

Ceterum hic Vestae cultus ad tempora usque duravit Christianorum imperatorum, quorum Theodosius magnus omnem verum abrogavit.

f, Infulae erant filamenta lanae, quibus sacerdotes et hostiae templaque velabantur. Festus.

g, Vittae erant fasciae, quibus circum capita vel crines, vel flores, vel verta, vel quidvis aliud religabant, in primis infulam.

h, Lucan. I, 597. i, Liv. IV, 10. ks, Plin. Ep. VIII, 19.

